

ipsis à Facultate nostrâ, *titulus* scilicet *Magisterii*, in cuius splendore, minimè conjectò in angustum, sed liberiùs emicante, nullius levitatis argumentum præ se ferent, nec annulis tantùm digitos, aut mitrâ caput exornabunt; sed doctrinarum & morum suorum gemmas, non in transitu cognitâs, in omni regione disponendo, alios fortientur & adjungent sibi discipulos, quibus pietatis & virtutis posthac instillent præcepta quibus oculis, manibus, voce, ingeniò, operâ, inserviant. Faxit Deus, ut talibus faculis posthac quoq; annis singulis idonea materia, divinis radiis accensa, succrescat: quæ verò nunc eluxerunt, incrementa lucis subinde majora sumant, ut non tantùm ipsæ ardeant, sed & earum nitore in puram lucem perductò, hîc & alibi, alia, aliâqve lumina, majores minoresqve ignes accendantur, quos nulla tempestas abscondat, nullus ventus turbet aut exstinguat!

Actum verò renunciationis crastinum, ut Rector Magnificus & reliqui Proceres Academici, unâ cùm invitatis Hospitibus & nobilissimis, literatissimisq; Studiosis, quilibet suò locò, splendidum præsentia suâ reddant, est, quod officiosè & amanter rogamus. P. P. propitidte Calendarum Febr.

Annò clc lcc L.

---

*Typis Hæredum Timothei Hönii.*



*Coll. diss. A. 253, misc. 24*